ANTONINUS FLORENTINUS · IOHANNES CHRYSOSTOMUS (?)
Salzburg, 1477 Seite 110r
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8181
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



et hoc si contractu fuerit dirimatur.
¶ Crimen hoc. s. qd habet impedire
et dirimere matrimonium contractum intelligitur
tm de duobus criminibus. Primum est cum
mulier machinatur cum effectu in mortem
alterius ut uxor habeat maritum illius
in virum et econtra cum vir in mortem
alterius viri machinatur ut habeat uxorem
eius ¶ Secundum cum quis dat fidem ali-
cui coniugate de ducendo eam in uxorem
post mortem mariti sui et cum ex illa
promissione sequitur adulterium ¶ Cultus
disparitas ut. s. si fidelis contrahat cum
iudea vel pagana permanente in infideli-
tate Si aut contraheret cum heretica
teneret matrimonium. s cohabitare ei non deberet
et hoc si esset periculum ei incurrendi he-
resim sed peccat cum tali contrahens ¶ Vis
s. cum quis per violentiam cogitur ad contra-
hendum et intelligitur de violentia abso-
luta. Et similiter de violentia que fit per metum
qui potest cadere in constantem virum qui con-
tinetur in hoc versu ¶ Stupri atque status
verberis atque necis. nisi tamen postea
de inuito efficiatur voluntarius ¶ Ordo

110